EST COELO DEMISSA FIDES QVA SVRGERE FESSIS
DAT REBVS, MAGNI GRATIA MAGNA DEI.

TGHELOOVE IS EEN BETROWING GODS, TEN TWYFELT NIET,
IN DE CRACHT SYNS WOORTDS, AEN TONEEN, DAT MEN NIET EN SIET.

Gratia magna Dei Cœli demittitur alto,
Rectus Amor, Pietas, Intemerata Fides.
Quicquid aijt Dñs a Patre poposceris unquam,
Hoc fidei in Christum restituetur ope.

A supero uenit omne bonū q̄ cuncta gubernat,
Tota sit in manibus Spes tua fixa Dei.
Ad fidei sanctas non omnia pectora leges
Perueniunt: Domini gratia firmat opus.

Ipſe est ille Deus, q̄ nos uirtutibus auctos
Roborat, et dubias non sinit ire uias.
Ipſe uelut clijpeo tutatur ab hostibus omnes,
Quos fidei certos nouerit eſſe suæ.

Gentibus insidis terrenam linquite curam,
Cum tua parca secat stamina, cuius erunt?
Magna quidem summo Dño est hæſiſſe uoluptas,
Est soli utilitas fidere magna Deo.